



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 9011888X

§. 68. Alia Facultatis Acta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67406)

„cum primis suis temporibus ante ab Sæc. XVII.
 „solutionem suscipi & agi voluerit pœ- A. C. 1643.
 „nitentiam publicam, semper habuisse
 „in animo illam instaurare, & in usum
 „revocare; alioquin, si ab hac mente
 „unquam sua desisteret, non fore am-
 „plius incorruptæ & perennis verita-
 „tis columnam, sed errorum synago-
 „gam; num hoc, inquam, non gravi-
 „ter offendit animos, & in errorem in-
 „ducit? quid? num forsan Ecclesia,
 „quæ in doctrina fidei eadem semper,
 „ac pura & integra est, in modo di-
 „sciplinæ mutandi quidpiam potestate
 „& authoritate caret? An non ipse
 „Deus, in seipso infinite immutabilis,
 „variavit rationem agendi cum homi-
 „nibus? an non interdum etiam suam
 „divinus Filius: suam Apostoli? Quo
 „animo igitur, aut quem in finem fin-
 „git hic homo, Ecclesiam abituram a
 „via veritatis, si non perseveret in con-
 „silio redintegrandi eam pœnitentiæ
 „formam, quam olim in mores indu-
 „ctam exerceri volebat? num hic ho-
 „mo Catholicus est?,,

§. LXVIII.

Alia Facultatis Acta.

Sub idem tempus Jacobus Nouet Je- Comm. Cler.
 suita arguebatur, quod in publicis Gall. tom. I.
 Concionibus, librum Arnaldi de fre- p. 580.
 quenti Communione, scriptis Lutheri &
 Cal-

Sæc. XVII. Calvini pejorem esse, afferuerisset; at A. C. 1643. tamen desuper interrogatus, hæc a se fuisse dicta, constanter pernegabat, e- jusque confessio hac de re facta in no- vam Collectionem Commentariorum Cleri Galliani typis inserta exstat.

Præterea Mense Decembri Univer- sitatis Parisinæ Rector apud Regii Se- natus Curiam questus erat, quod Pa- ter Airaultus itidem Jesuita quosdam ediderit libellos, in quibus propo- sitiones de homicidio, Regibus & Princi- bus aduersæ continerentur: has igit- tur Regius Senatus anno sequenti condemnavit. Insuper quædam theses apud Jesuitas Parisis in Collegio Cla- romontano propugnatæ offenditionem de- derunt, eoquod naturali attritioni ho- nestæ nimiam vim tribuerent ad ve- niā in Sacramento Pœnitentiæ ob- tinendam, quocirca Innocentius hanc damnavit propositionem: *probabile est sufficere attritionem naturalem, modo honestam.*

§. LXIX.

*Initia Congregationis Eudistarum,
& Filiarum Charitatis.*

*Mem. du
tems. He-
liot Ord.
Monast., t. 8.
pag. 159.*

Ad hunc annum referuntur initia no- væ in Francia Congregationis sub invocatione Jesu & Mariæ: Hujus in- stituti Auctor erat Pater Eudes Meze- raii Regii Historiographi Frater, qui die